

mus, sequitur, ut de hiis, que dei sunt, deo saltem particulam edonemus²⁹, quatinus qui dedit adiciat, foveat quod adiecit, nosque ditet dono celestium, que³⁰ commercio temporalium suo sancto nomini loca dedicata dotamus. Attendentes igitur, quod id, quod ecclesiis et locis religionis sancte concedimus, ubi deus colitur, et devocione mortalium ac propria miseratione placatur, pro nobis reponimus potius quam donamus de gratia nostra et illius intuitu, cuius^a beneficio regimur et regnamus. Ad supplicationem quoque tuam, Filippe venerabilis Martur(anensis) Episcopo fidelis noster, a quo sepe servitium acceptum recepimus, in remissionem animarum parentum domini et viri nostri magnifici Romanorum et Sicilie Regis semper Augusti atque nostrorum concedimus et auctoritate presentis privilegii edonamus in perpetuum tibi et Marturanensi ecclesie tue Casale Tinge in tenimento Amantee, quod fuit Nicolai de Agell(is)^b proditoris nostri cum omni iure iustis tenimentis et pertinentiis^c suis quod in demanio in demanium et quod in servicio in servicio salvo servicio, si quid inde curie nostre debetur. Ad huius autem nostre concessionis et donacionis memoriam et robur in perpetuum valiturum presens privilegium per manus Johannis de Brund(usio) notarii et fidelis nostri scribi et nostre serenitatis iussimus sigillo muniri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Data^d in civitate Catanie. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sextodecimo, mense marcii, indictionis quarte^e Regni vero domini nostri FR(ederici) dei gratia serenissimi Romanorum Regis semper augusti, anno quarto, et Regni Sicilie octavodecimo. Regni autem domini nostri H(enrici) eadem gratia illustris Regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, filii eius, anno quarto feliciter amen.

a) auf Rasur. b) oder Agell(o). c) pertinentii. d) Datierung von derselben Hand, aber mit dünnerer Feder geschrieben. e) quattedecime, decime von dunklerer Tinte durchgestrichen.

²⁹) Das Wort *edonare* begegnet in den einschlägigen Wörterbüchern nur in E. Habelt, *Mittelateinisches Glossar* (21959), freilich ohne Stellenangabe und mit der eigenartigen Bedeutung: „die Ausfuhr gestatten“. Eine Verlesung aus *condonare* halte ich angesichts des zweimaligen Vorkommens des Wortes und der passenden Bedeutung: „aus dem Königsgut herauschenken“ für weniger wahrscheinlich.

³⁰) *Que* ist als femininer Pluralis maiestatis aufzufassen und bezieht sich auf das grammatische, nicht das logische Subjekt: auf die Königin allein. Entsprechend wird Friedrich II. in derselben Urkunde nur als *dominus et vir noster* apostrophiert und nicht etwa zusätzlich als Vater des Königsknaben Heinrich.